



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vita B. Stanislai Kostkae Poloni E Societate Iesv**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1611**

Serenissimo Principi D. D. Vladislao Sigismvndi III. Regis Poloniæ, Ac  
Sveciæ F. Franciscvs Sacchinvs è Societate Iesv felicitatem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41925**



SERENISSIMO  
PRINCIPI D. D. VLA-  
DISLAO SIGISMVNDI III.  
REGIS POLONIÆ, AC  
SVECIAE F.

FRANCISCVS SACCHINVS  
è Societate I E S V felicitatem.

**I**NTER insignia decora Vladislæ  
præstantissime, quæ Parentis tui  
Ser.<sup>mi</sup> præclarissimum regnum æ-  
ternitati gloriæ destinant, haud  
im merito numeretur B. Stanislaus Kostka publicis  
honoribus coli cœptus. Redit enim ad vos vestri po-  
pularis gloria: vobisq; debet Christianus orbis no-  
uum hoc sidus, quod non vestro in dominatu solum,  
verum etiam conatu vestro, cum prope lateret, ex-  
tulit se se: ac late cœpit terras salutari luce perfun-  
dere. Vos eius cultum priuata religione firmatis,  
propagatis autoritate publica, regis opibus illu-  
stratis. Felices, quibus datum est vsque eo etiam  
demereri Celestes. Credite: Non vincitur ille offi-  
cium in regia charitatis beatus, ac potens. Ergo vita  
A 2 beati

Beati adolescentis, si minus ornatu, quem candidis-  
sima eius innocentia splendor requireret, certè ma-  
xima, quam historia postularet, fide conscripta, vo-  
bis, quorum est ipse, fuit reddenda: vt interim me-  
rita in nos vestra immortalia, & singularem ta-  
ceam pietatem, quæ nostrum ordinem sibi vniuer-  
sum reposcit. Tibi vero Princeps Ser.<sup>m</sup>e, propriè de-  
beatur, vt coniunctas aspiceret Sarmatia vestra  
suas spes, sua sidera, suas hilaritates. Nihil enim  
habet hoc tempore neque in sanctitate matura hi-  
larius: neque in pubescente virtute latius quàm  
B. Stanislauum, ac Te; præsidium illud in cælo, hoc  
suos ante oculos subsidium. Idem pœne flos cui est,  
gemina morum similitudo: idem modo quodam  
natalis. Nam per idem tempus cœpit Stanislai no-  
men inclarescere, cum Tu in lucem es editus: vt  
prope diuinitus videatur illi Tui demandata tute-  
la, Tibi eius ornandi cura reseruata. Patere igitur  
hoc etiam qualecunque commercium notitiæ pu-  
blicæ. Patere tuum clarissimum nomen Beati po-  
pularis tui inferi laudibus, & seruire: & quem  
gandes habere Patronum, etiam  
fer clientem.



VITA